



**R.P. Petri Leurenii Societatis Jesu, SS. Theologiæ
Doctoris, & SS. Canonum Professoris Vicarius Episcopalis,
Sive Tractatus Quaternarius Per Quæstiones & Responsa
Canonica Deductus**

Leuren, Peter

Coloniae Agrippinae, 1708

273. An, dum plures sunt Vicarii, sufficiat, mandatum illud Apostolicum
præsentari seu insinuari uni ex illis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74203](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74203)

Quaestio 269. An & qualiter valeat collatio facta à Vicario revocato, vel post mortem Episcopi?

1. **R** Esp. ad primum: Vicarius habens facultatem conferendi si revocatus vel amotus fuerit ab officio per Episcopum, valet adhuc collatio facta ab eo revocationem ignorante. Sbroz. lib. 3. qu. 36. nu. 6. citatis Bertach. ubi ante. part. 1. lib. 4. quaest. 21. Roman. singul. 57. Boër. decis. 347. n. 1. 2. & 13. Rebuff. ubi ante n. 210. & c. Garc. de benef. part. 5. cap. 8. nu. 174. citans Sauch. de matrim. lib. 3. d. 30. nu. 11. Paris. de resign. lib. 7. qu. 24. n. 41. Lancell. de attent. part. 3. cap. 10. num. 23. Corsi. de benef. part. 2. cap. 8. nu. 8. Selvam. & c. In revocatione enim facta per Episcopum requiritur intimatio per ipsum Episcopum, aut de eius ordinatione facta, aliàs valebunt gesta per Vicarium, etiam si habeat notitiam revocationis: quin & etiam si revocatio hæc sit publicè nota. Garc. loco cit. nu. 176. citans Sauch. ubi ante. Boërium decis. 347. Rebuff. in pr. tit. de form. Vicar. nu. 210. Cuchum lib. 3. tit. 8. nu. 148. Quin & Episcopus licet revocavit Vicarium, non censetur tamen voluisse hanc revocationem effectum habere antequam sit ei pro eius parte intimata, non sequitur ac in ipsa constitutione Vicarii. Garc. nu. 177.

2. **R** Esp. ad secundum: collatio facta à Vicario revocato per mortem aut translationem Episcopi, aliàmve vacationem Episcopatus valet, Vicario hanc vacationem ignorante. Garc. loco cit. nu. 175. citans Gonz. gl. 15 § 2. nu. 19. & § 5. proem. n. 103. Lancell. ubi ante. nu. 24. Paris. & c. testantque sic decernit à Rota in Janens. canonicatus anno 1546. Tametsi enim revocatio, seu potius expiratio Vicariatus habeat suum effectum etiam non intimatà morte Episcopi, aliàve vacatione Episcopatus; sed quòd sit à jure ipso facta, ut Sauch. loco cit. num. 4. Felin. in cap. ex part. de rescript. num. 8. Paris. apud Garciam num. 178. Valent tamen gesta per eum, quando communiter ignoratur mors, quamvis ipse Vicarius sit conscius illius; uti etiam, quando est communis error, aut ignorantia revocationis etiam ipsi intimatà; non autem quando communiter scitur mors, licet Vicarius eam ignoret. Garc. num. 179. ex Sauch. loco cit. nu. 4. & 11. & d. 22. nu. 59.

Quaest. 270. An valeat collatio facta à Vicario non habente aliàs facultatem conferendi presente & patiente Episcopo?

R Esp. Affirmativè: quia talis scientia & patientia habetur pro legitima concessione seu licentia saltem tacita quoad illum actum, et si non sit approbatio seu licentia generalis simpliciter & absolute conferendi beneficia. Pirh. ad tit. de offic. vicar. nu. 55. in fine. citans Sauch. de matrim. lib. 3. d. 35. nu. 20 & 22. Sic quoque valere collationem post revocationem Vicariò intimatam sciente & patiente Episcopo; sed quòd vel sic renovata sit potestas conferendi, tradit Sbroz. cit. qu. 36. nu. 11. citato Rebuff. loco cit. nu. 213. dissentiente Boërio loco cit. eà ratione, quòd potestas conferendi tacite non detur, nisi expresse constituarur, cap. fin. de offic. Vicar. in 6. quod verum dicit Sbroz. de ipsa colla-

tionem, nimirum quòd ratificatio collationis nulliter facta non teneat, nisi quatenus de novo confertur.

Quaestio 271. An Vicarius cognoscere possit de collatione facta ab Episcopo?

R Esp. Negativè. Sbroz. lib. 2. qu. 95. citans Berro. cons. 14. nu. 6. vol. 1. eà ratione, quia inferior factum superioris rescindere non potest. cap. cum venissent. de instit. cap. ut nostrum. de appellat.

Quaestio 272. Num mandatum Apostolicum de conferendo presentatum Vicario liget Episcopum absentem & ignorantem hoc mandatum (de Episcopo enim presente & sciente illud non est dubium quin liget illum) quò minus ille conferre valeat?

R Esp. Non conveniunt in hoc Doctores, non sufficere fieri præsumptionem Vicario, & quòd si Episcopo in remotis agente mandatum fuerit presentatum ejus Vicario vel Capitulo, & Episcopus hoc ignorans contulit præbendam primò vacantem, tenere collationem, tenet apud Sbroz. lib. 2. qu. 106. Joan. And. in cap. soli. de concess. præb. in 6. Contrarium apud eundem Sbroz. num. 2. tenet Selva de benef. part. 2. qu. 2. num. 4. & 6. ubi: quòd licet Episcopus absens contulerit beneficium vacans, ignorans insinuationem mandati Apostolici vel nominationis fuisse factam suo Vicario, non valeat in præjudicium nominati: quia Episcopus & Vicarius sunt unum & idem. Quod ipsum tamen declarat loc. cit. Selva, ut, si presentatio fuisset Vicario Episcopi in subsidium, eò quòd haberi non poterat copia Episcopi, tunc non ligaret Episcopum, & in hoc casu dicit procedere sententiam Jo. Andree.

Quaestio 273. An, dum plures sunt Vicarii, sufficiat mandatum Apostolicum presentari seu insinuari uni ex illis?

R Espondet Sbroz. lib. 2. qu. 105. sufficere, citatis pro hoc Rebuff. tradit. de nominat. quaest. 14. num. 62. & 64. & Rub. de collat. §. teneantur. v. aut eorum vicariis in concord. Sciv. de benef. part. 2. qu. 14. num. 11. qui tamen ipsum declarat procedere, ubi Vicarii haberent potestatem conferendi in solidum, nec potestas unius ab altero dependeret.

Quaestio 274. An Vicarius sine speciali commissione possit recipere resignationes beneficiorum?

1. **R** Esp. Negativè. Ventrigl. tom. 2. annot. 14. §. 1. num. 9. Pax Jord. lib. 12. tit. 1. nu. 169. Paris. de resignat. lib. 7. qu. 24. num. 1. & 2. Barbof. juris eccles. lib. 3. cap. 15. num. 12. Sbroz. lib. 2. qu. 130. Caltropal. tract. d. 3. part. 2. §. 2. num. 3. Garc. part. 11. cap. 3. num. 55. Pirh. ad tit. de renunc. nu. 73. Zetola in pr. Ep. part. 1. v. renunc. num. 54. Riccius in pr. aurea resol. 471. Rationem hanc dat Sbroz. loco cit. num. 2. quòd is possit regulariter recipere resignationes, qui potest etiam invitus destit-

tuere